



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Provinciæ Paraquariæ Societatis Jesv

Techo, Nicolas

Leodii, MDCLXXIII.

Cap. 26. De procuratione Ioannis-Baptistæ Ferrufini.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38528

jurando è Franciscana familia Sacerdotes integerrimi, & viri alii omni exceptione majores, asseruissent, accedente præsertim Senatus decreto, deferbuit calumnia, nunquam satis extingueda, quod identidem recalescat in plerorumque civium animis servitorum amor, adeò cœcus, ut evidentia jura aut non videat, aut videre se, magnâ cum Republica perturbatione, dissimulet. Quod ad Guaíranæ oppidorum reliquias attinet, levius tractabatur, cum constaret de eorum præfenti miseria. Etiam Argentei fluminis Prætor Stephanus Avila, privatim Societati offensus, Neophytis nostris facessivit negotium: nam litteris Regi Catholico in scriptis persuadere conatus est, fundari debere urbem in Urvaicæ littore ad coëcendos, ut aiebat, populos ab Societate reducitos; quod quam nocivum Apostolicis progressiobus foret, ex prænarratis satis perspicuum esse arbitror. Sed Prætoris litteræ nullum pondus apud Senatum Regium in Hispania habuere: nam ab Didaco Boroa missio earum antidoto, fides habita est viro integerimo, rem Christianam & Regis Catholici obsequium sincerè & non ex privata utilitate procuranti.

UTRIUSQUE Prætoris molestias uicumque dispunxit adventus novotum Sociorum ex Europâ in portum Boni-aëris advectionum: ad quos trahendos, ante quinquennium ex eodem portu solverat Joannes Baptista Ferrufinus, qui ab Rege Catholico facilè impetrarat navigationis expensas, & ab Mutio Vitellecio Generali fieri delectum per Hispaniam & Italiam. Sed ubi delecti Socii Ulisipponem convenere, difficile fuit navim reperire, quod classis adornaretur in Brasiliæ subsidium, & architalassus naves omnes pro transportando milite Regio locavisset. Unde factum, ut Socii serius solverent, quam destinaverant; non sine providentia Numinis, cù dilatione utentis ad juvandos ipsos classarios & milites vectoresque in Gaulis Indiae Orientalis, necnon remiges in triremibus Regiis animatorum subedio defecissimos. Impetrato navigio vela jam facientes, in piraticam Maurorum incidere, exiguo periculo, quod in comitatu armatarum navium navigarent. Secundo cursu usque ad gradum circiter vigesimum Australis altitudinis proiecti, variis postmodum tempestatibus agitati, ex ipso Argentei fluminis panè ostio Brasiliam versus vela vertere, & ibi hyemare coacti sunt. Rector Collegii Januariensis, cognito, Socios in portu Omnim Sanctorum exscendisse, navigiolum cum copioso cibatu mittit, mandatque sedis nostræ Omnim Sanctorum Praefecto, suis expensis alat carissimos hospites, donec tempus novæ navigationis appeteret: nec segnius præstitum, quam imperatum; Patribus Omnim Sanctorum & Piratininganis, ad quos ex parte diverterant, omni officiorum genere viros Apostolicis laboribus destinatos, religiosissimâ caritate excipientibus. Januario mense ad portum Boni-aëris appullos Paraquariensis Provincia benevolentissime exceptit: refectique, in varias partes, viginti numero, terrâ fluvioque sunt missi. At Joannes-Baptista Ferrufinus in Chilense regnum abiit, ex designatione Generalis Vice-provincialatus officio functurus, nec inde nisi post decennium ad regendam hanc Provinciam reditus. Hoc anno è Tucumania missi duo Socii ad loca Peruanæ ditioni subjecta Taricam versus excurrentes, inter alia superstitione dæmonis machinamenta, hoc notabile commentum reperere. Nonnulli Sacerdotes triginta Missas ab Divo Bernardo nuncupatas, non interruptim totidem diebus, præmissis Psalmis penitentia libus, jejuniis & flagellationibus, faciebant, & pro hac multiplici, si Superis placet, pietate, exigebant quingentos florenos, tamque summam persolventibus promittebant, tutos eos fore ab hostibus, & morte repentinâ, postque accepta lethalia vulnera, sine penitentia non morituros, nec aliquando adjudicandos æternis ignibus; sed Christum; Reginam Cœlorum, multosque Angelos, è Cœlo venturos ad eorum animas in beatitudinis sedes transportandas: id olim promisum ab Summo Pontifice Divo Bernardo. Socii has dæmonis technas evolventes, plebeculae indemnitati consuluere, quorum unus ad Chiriquanas, ubi Ignatius Martines versabatur, per fragosissimos scopulos penetravit. Cordubensem traçtum, & cætera Tucumanæ loca, Socii majori labore, quam fructu, excolebant: bello Calchaquinensi, & peste, flores ante frugem demetentibus.

Senatus Re-
ginae Societa-
ti favat.

1636.

CAPUT
XXVI.
De procura-
tione Joani-
nis Baptista
Ferrufini.

Classarii
adjuti.

Januariensis
Collegii Re-
ctoris cathe-
tua:

Et Brasilio-
rum Socio-
rum.

Joannes Ba-
ptista Ferru-
finus Vice-
Provincia-
lii.

Error perni-
cioſus able-
gatus.